FACVLTAS ERIGENDI

ET CONDENDI MONASTERIA

de ſola licentia Ordinarij nullo regularium requiſito conſenſu.



ROMAE

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.

M. D. C. VI

PAVLVS PP. V

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

AD Eccleſiæ militantis (cuius regimini, licèt immeriti, Diuina diſponente clementia, præſidemus) amplitudinem, nihil magis neceſſarium, quàm perfectorum Militum Chriſti multitudinem exiſtimamus. Cùm igitur, ſicut magno cum ſpirituali gaudio noſtro accepimus dilecti filij Religioſi Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Carmelitæ Diſcalceati nuncupati, tàm in Hiſpaniarum Regnis, quàm in Italiæ, & noui Orbis, alijsq; Mundi partibus pergant aſſiduè, Deo & Eccleſiæ Sanctæ ſuæ perfectum exhibere famulatum, non ſolùm ipſi Deo per orationem, & contemplationem ſedulò vacantes, verùm etiam animarum ſalutem, exemplo, & doctrina ſollicitè procurantes: cumq; in dies fructus vberiores ex dictæ Religionis propagatione, benedicente Domino, ſperandi ſint. Nos ad ea quæ Religioſorum eorundem augmento cedere poſſunt, concedenda, adq; ea, quæ illis in hoc impedimentum aliquod afferre dignoſcũtur remouenda meritò propenſiores ſumus. Quare Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiuſdem Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum Superioribus, & Religioſis, vt vbiq; locorum quilibet in diſtrictu ſuo, iuxta literarum fe: rec: Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri ſuper erectione Congregationis Italicæ prædicti ordinis ſub data die xiij. Nouẽbris Anni Domini M. D. C. Pontificatus ſui anno nono expeditarũ formam, & tenorem, quem præſentibus pro expreſſo haberi volumus: domos, & Monaſteria, iuxta Concilij Tridentini decreta, de ſola licentia Ordinariorum, nullo aliarum perſonarum cuiuſuis ordinis, etiam regularium, requiſito conſenſu, condere, fundare, & erigere valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam ac facultatem concedimus, & indulgemus. Non obſtañ eiuſdem Clementis Prædeceſſoris, quæ incipit Quoniam ad inſtitutam ſub dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die xxiij. Iulij M. D. C. III Pontificatus ſui anno xij. alijsq; Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & cuiuſuis alterius ordinis etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus,

pri-

priuilegijs quoq; indultis, & literis apoſtolicis quibuſuis alijs ordinibus, ac eorum Superioribus, & perſonis ſub quibuſcùmq; verborum formis, & tenoribus in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæterisq́; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xij. Decembris M. D. C. V Pontificatus Noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

PAVLVS PP. V

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

AD Eccleſiæ militantis (cuius regimini, licèt immeriti, Diuina diſponente clementia, præſidemus) amplitudinem, nihil magis neceſſarium, quàm perfectorum Militum Christi multitudinem exiſtimamus. Cùm igitur, ſicut magno cum ſpirituali gaudio noſtro accepimus dilecti filij Religioſi Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Carmelitæ Diſcalceati nuncupati, tàm in Hiſpaniarum Regnis, quàm in Italiæ, & noui Orbis, alijſq; Mundi partibus pergant aſſiduè, Deo & Eccleſiæ Sanctæ ſuæ perfectum exhibere famulatum, non ſolùm ipſi Deo per orationem, & contemplationem ſedulò vacantes, verùm etiam animarum ſalutem, exemplo, & doctrina ſollicitè procurantes: cumq; in dies fructus vberiores ex dictæ Religionis propagatione, benedicente Domino, ſperandi ſint. Nos ad ea quæ Religioſorum eorundem augmento cedere poſſunt, concedenda, adq; ea, quæ illis in hoc impedimentum aliquod afferre dignoſcũtur remouenda meritò propenſiores ſumus. Quare Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiuſdem Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum Superioribus, & Religioſis, vt vbiq; locorum quilibet in diſtrictu ſuo, iuxta literarum fe: rec: Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri ſuper erectione Congregationis Italicæ prædicti ordinis ſub data die xiij. Nouẽbris Anni Domini M. D. C. Pontificatus ſui anno nono expeditarũ formam, & tenorem, quem præſentibus pro expreſſo haberi volumus: domos, & Monaſteria, iuxta Concilij Tridentini decreta, de ſola licentia Ordinariorum, nullo aliarum perſonarum cuiuſuis ordinis, etiam regularium, requiſito conſenſu, condere, fundare, & erigere valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam ac facultatem concedimus, & indulgemus. Non obſtañ eiuſdem Clementis Prædeceſſoris, quæ incipit Quoniam ad inſtitutam ſub dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die xxiij. Iulij M. D. C. III Pontificatus ſui anno xij. alijſq; Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & cuiuſuis alterius ordinis etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus,

pri-

priuilegijs quoq; indultis, & literis apoſtolicis quibuſuis alijs ordinibus, ac eorum Superioribus,& perſonis ſub quibuſcùmq; verborum formis,& tenoribus in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xij. Decembris M. D. C. V Pontificatus Noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.